& Sancti *Martini* Episcopi in hieme per equales portiones virtute cujus dimissi-on' prædict' I. in vita sua in Crastino prædict' Festi Annuntiation' beatæ *Mariæ* Virginis prox' post dimission' prædict' in forma prædict' fact' scilicet vicesimo sexto die *Martii* Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo nono supradicto in tenementa præd' cum pertin' intravit & fuit inde possessionat' Et sic inde possessionat' existen' præd' I. postea scilicet decimo die *Januarii* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo apud Paroch' de C. præd' condidit Testamentum & ult' voluntat' sua ac per eand' voluntat' suam præfat' A. executor' Testamenti sui præd' constituit & ordinavit ac postea ibidem obiit post cujus mortem scilicet primo die *Februarii* Anno vicesimo supradicto præd' A. onus executionis testamenti præd' super se suscepit ac in tenementa præd' cum pertin' intravit Et fuit Et adhuc est inde possessionat' ac quindecim libr' & duodecim solid'. de reddit' prædict' pro uno Anno integro finit' ad festum Sancti *Martini* Episcopi in hieme Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo primo eidem P. per præfat' A. post mortem præd' I. aretro fuer' & adhuc insolut' existunt per quod actio accrevit eidem

dem P. ad exigend' & habend' de eodem A. easdem quindecim libr' & duodecim solid' præd' tamen A. licet sæpius requisit' &c. præd' quindecim libr' & duodecim solid' eidem P. nondum solvit Sed ill' ei hucusq; solvere omnino contradixit Et adhuc contradic' Ad dampnum ipsius P. decem libr' Et inde produc' sectam &c.

Aliter sur' Lease parol'.

DErb' ss. H. P. versus A. B. executor' (ut supra) de placito qd' reddat ei quindecim libr' & duodecim solid' legalis monetæ *Angliæ* quos ei injuste detinet pro eo videlicet &c. habend' & occupand' eidem I. & Assign' suis a festo Annuntiationis beatæ *Mariæ* Virginis tunc prox' sequen' usque finem & terminum unius Anni integri extunc prox' sequen' & plenar' complend' & finiend' Et sic &c. (ut supra) virtute cujus quidem dimission' prædict' I. in vita sua postea scilicet vicesimo sexto die *Martii* Anno decimo nono supradicto in tenementa prædict' cum pertin' intravit Et fuit inde possessionat' Ac eadem tenementa cum pertin' abinde usque primum diem *Decembr'* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo habuit

buit & occupavit ac quindecim libr' & duodecim ſolid' de reddit' prædict' pro uno Anno integro finit' ad feſtum Sancti *Martini* Epiſcopi in hieme Anno Regni dicti Domini Regis nunc viceſimo ſupradicto eidem P. per præfat' I. in vita ſua aretro fuer' & adhuc ſunt inſolut' per quod actio accrevit eidem P. ad exigend' & habend' de præfat' I. in vita ſua præd' quindecim libr' & duodecim ſolid' prædict' tamen I. in vita ſua ac prædict' A. poſt mortem ipſius I. licet ſæpius requiſit' &c. prædict' quindecim libr' & duodecim ſolid' eidem P. non ſolverunt nec eorum alt' ſolvit ſed ill' ei ſolvere omnino contradixer' ac prædict' A. ill' ei hucuſque ſolvere adhuc contradic' ac injuſte detinet Ad dampnum ipſius P. decem libr' Et inde produc' ſectam &c.

Aliter pro Executore ſuper Indentura.

LOndon ſſ. T. B. gen' et R. B. gen' Executor' Teſtamenti et ult' volunt' I. B. Armiger' queruntur de I. M. nuper de alta *Holborne in the County of* Midd' *Gnt'* in Cuſtod' Marr' &c. de placito quod' reddat eis 123 *l.* et 15 *s.* legalis monetæ *Angliæ* quos eis injuſte de-

detinet pro eo videlicet quod' cum prædict' I. B. testator in vita sua scilicet primo die *Octobris* Anno Regni Domini *Caroli* secundi nunc Regis *Angliæ* &c. vicessimo possessionat' fuit de uno messuagio cum pertin' scituat' in Paroch' Sancti *Martini* in Campis in prædict' Com' Midd' pro termino duodecim Annorum tunc ventur' Ipsoque I. B. testator sic inde possessionat' existen' prædict' I. B. testator in vita sua postea scilicet vicesimo quarto die *Novembris* Anno vicesimo supradicto apud *London'* prædict' videlicet in Paroch' beatæ *Mariæ* de Arcubus in Warda de *Cheap* per quandam Indentur' suam inter ipsum I. B. testator' per nomen I. B. de Paroch' Sancti *Martini* in Campis in Com' Midd' Armiger' ex una parte Et præfat' I. M. per nomen I. M. de *high Holborne* in dicto Com' gen' ex altera parte factam cujus alteram partem sigillo prædict' I. M. sigillat' iidem T. B. & R. hic in Cur' proferunt cujus dat' est eisdem die & anno in Consideratione summæ tresdecim librarum & quindecim solid' legalis monetæ *Angliæ* eidem I. B. Testatori præ manibus solut' ante sigillation' Indenturæ prædict' per eundem I. M. nomine finis sive admission' Anglicè *Income* unde'

 prædict

prædict' I. B. Testator' cogn' reception' per eandem Indentur' ac pro & in consideratione annualis reddit' convention' & agreament' in eadem Indentur' reservat' & content' ex parte prædict' I. M. executor' & assign' suor' solvend' tenend' & performand' (prout in Indentur' prædict' postea ex primitur) dimisisset concessisset & ad firmam tradidisset præfat' I.M. præd' mesuag' cum pertin' per nomen unius mesuagii sive tenementi cum pertin' nuper in occupasione Dni' Legati de *Savoy* & tunc in possession' prædict' I. B. Testatoris scituat' & existen' in *Long Acre* in prædict' Paroch' Sancti *Martini* in Campis in Com' Midd' cum omnibus Romis Cameris Cellariis Atriis Luminar' easiament' aquæ cursibus accommodat' & appurtenen' quibuscunque eidem Mesuag' sive tenemento tunc de Jure spectan' & pertinen' habend' & tenend' dictum mesuagium sive tenementum & omnia al' præmiss' præantea per eandem Indentur' dimiss' sive mentionat' fore dimiss' cum suis pertin' eidem I. M. executoribus Administratoribus & Assign' suis a festo die Nativitat' Domini nostri Dei tunc prox' sequen' dat' ejusdem Indentur' pro & durante & usq; plenum finem & terminum quinque Anno-

norum extunc prox ſequen' & plenariè complend' & finiend' Reddend' & ſolvend' proinde annuatim & quolibet Anno duran' primis quatuor Annis & tribus quarteriis unius Anni dicti Termini eidem I. B. Teſtatori Executor' Adminiſtrator' ſive Aſſign' ſuis annualem reddit' ſive ſummam 55 *l.* legalis monetæ *Angliæ* ad quatuor maxime uſual' feſta ſive terminos in Anno videlicet ad feſtival' dies Annuntiation' beatæ *Mariæ* Virgin' Nativitat' Sancti *Johannis Baptiſtæ* Sancti *Michaelis* Archangeli & nativitat' Domini Dei per æquas & equal' portiones ac reddend' & ſolvend' pro ultimo quarterio Anni dicti Termini in Indentur' prædict' conceſſ' unum granum piperis virtute cujus dimiſſion' idem I. M. in craſtino prædicti feſti Nativitat' Domini noſtri Dei prox' poſt confection' Indenturæ prædictæ in meſuagium prædict' cum pertin' intravit & fuit inde poſſeſſionat' Et ſic inde poſſeſſionat' exiſten' (Ac Reverſione meſuagii prædicti cum pertin' ſic ut præfertur expectan' ſuper finem prædicti Termini quinque Annorum) prædictus I. B. Teſtator poſtea ſcilicet ultimo die *Novembris* Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo nono ſupradicto apud *London'* prædict'

dict' in Paroch' & Warda prædict' sic de eadem reversione possessionat' existens condidit testament' & ult' voluntat' sua in scriptis & per eadem voluit & declaravit præfat' T. B. & R. B. fore executores testamenti sui prædicti & postea scilicet tertio die *Januarii* Anno decimo nono supradicto apud *London* prædict' in Parochia & Warda prædict' obiit' de prædict' reversione mesuagii prædict' cum pertin' sic ut præfertur possessionat' post cujus mortem scilicet decimo quarto die *Januarii* Anno decimo nono supradicto apud *London* prædict' in Paroch' & Warda prædict' præfat' T. B. & R. B. testamentum prædict' probaverunt ac onus Executionis testamenti prædict' super se susceperunt virtute cujus iidem T. B. & R. B. de prædict' reversione mesuagii prædict' cum pertin' fuer' & adhuc existunt possessionat' Et centum & viginti & tres libræ & quindecim solid' de reddit' prædict' pro duobus Annis & uno quarterio unius Anni finit' ad festum Annuntiation' beatæ *Mariæ* Virginis Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo primo eisdem T. B. & R. B. post ipsius I. B. testatoris mortem aretro fuer' & adhuc existunt insolut' per quod Actio accrevit eisdem T. B. & R. ad

ad exigend' & habend' de præfat' I. M. prædict' 123 *l.* & 15 *s.* prædict' tamen I. licet sæpius requisit' &c. prædict' 123 *l.* & 15 *s.* eisdem T. B. & R. nondum solvit sed ill' eis hucusque solvere omnino contradixit & adhuc contradic' ad dampn' ipsorum T. B. & R. 40 *l.* & inde produc' sectam &c. Et proferunt hic in Cur' &c.

Dett pro Rent super Indentur' ubi una quer' cepit in virum post confection' Indentur'

A W. Ar' & E. uxor ejus nuper dict' &c. & H. R. gen' queruntur de W. H. nuper de Paroch' Sancti *Martini* in Campis in Com' *Midd* gen' alias dict' W. H. *of the Parish of St.* Martins *in the Fields in the County of* Midd' *gen'* in custod' Marr' &c. de placito quod reddat eis decem et octo libras legalis monetæ Angliæ quas eis debet et injuste detinet pro eo videlicet quod cum prædict' E. dum ipsa sola fuit et præd' H. R. vicesimo die *Junii* Anno 15. *Car'* Regis apud *London* in Paroch' B. *Mariæ* de Arcubus in Warda de *Cheap London* per quandam Indenturam suam inter ipsos E. & H. per nomina E. R. de *Covent Garden* in Paroch' Sancti *Martini* in

in Campis viduæ et H. R. de *Christ-church* Universitat' *Oxon'* gen' executorem ult' voluntatis et testamenti R.R. Ar' defunct' ex una parte et præfat' W. per nomen W. H. de Parochia Sancti *Martini* in Campis in Com' *Midd'* gen' ex altera parte factam cujus alteram partem sigillo prædict' W. sigillat' iidem A. & E. H. hic in Cur' proferunt cujus dat' est eisdem die & Anno testan'.quod præd' E. dum ipsa sola fuit & præd' H. pro & in consideratione summæ 100 *l.* legalis monetæ *Angliæ* eis præmanibus solut' ad & ante sigillationem & deliberationem ejusdem Indentur' per præd' W. H. (receptionem cujus ipsi iidem A. & H. R. per eandem Indentur' cogn' ac de prædict' 100 *l.* & quibuslibet parte & parcel' inde clare acquietaverunt exoneraverunt & absolverunt Anglicè *discharged* præd' W. hæred' executores & administratores suos & quemlibet eorum in perpetuum) per eandem Indenturam dimisisset concessisset & ad firmam tradidisset prædicto W. totum illud duplex mesuag' sive tenementum continen' decem romeas Anglicè voc' *Rooms* videlicet duas super uno fundo Anglicè voc' *a Floor* jacen' directe una supra alteram cum duobus parvis atriis sive Curtilagiis ad-

adinde ſpectan' inclus' cum muro de lateribus Anglicè *a Brick wall* & unam latrinam in meſuag' prædict' Ac etiam una cum uſu communis Antliæ Anglicè voc' *a Party pump* ibidem (quæ quidem præmiſſa ſcituat' ſunt jacen' & exiſten' in *Covent Garden* infra Paroch' Sancti *Martini* in Campis in prædicto Com' *Midd'* inter tunc domum manſional' T. B. *Coachman* ex oriente & meſuagium ſive tenementum tunc erigen' & edifican' per I. T. Ar' ex occidente una cum omnibus Luminar' eaſiament' proficuis commoditat' & pertin' quibuſcunque eiſdem dimiſſis præmiſſis ſpectan' ſive aliquo modo pertinen' omnia quæ præmiſſa tunc vel nuper antea fuer' in tenura ſive occupatione I. S. Aſſign' vel Aſſignator' ſuor' & tunc in tenura ſive occupatione prædict' W. Aſſign' vel Aſſignatorum ſuorum habend' & tenend' præd' duplex Meſuagium ſive tenementum atria ſive Curtilagia & omnia al' præmiſſ' cum pertin' ſuperius per eand' Indentur' dimiſſ' & quamlibet partem & parcell' inde præfat' W. Executoribus Adminiſtratoribus & Aſſign' ſuis à feſto Sancti *Michaelis* Archangeli tunc prox' ſequen' poſt dat' Indenturæ prædictæ uſq; plenum finem & terminum decem & ſeptem

Anno-

Annorum extunc prox' ſequen' & plenarie complend' & finiend' reddend' & ſolvend' proinde annuatim & quolibet Anno durante termino prædicto præfat' E. & H. Executoribus Adminiſtratoribus & Aſſign' ſuis annual' reddit' ſive ſummam 24 *l.* legalis monetæ *Angliæ* ad quatuor maxime uſual' feſta ſive terminos in Anno videlicet ad Feſtum Nativit' Domini Annunnuntiation' beatæ *Mariæ* Virginis Sancti *Johannis Baptiſtæ* & Sancti *Michaelis* Archangeli per æquas & equales portiones quæ quidem E. poſt confection' Indentur' prædict' per ipſam eandem E. & præfat' H. ſic ut præfertur præfat' W. confect' ſcilicet primo die *Novembr'* Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo octavo apud *London* præd' in Paroch' & Warda præd' cepit in virum ſuum prædict' A. W. virtute cujus dimiſſion' idem W. in Craſtino prædict' Feſti Sancti *Michaelis* Archangeli prox' poſt confection' Indenturæ prædict' in meſuagium præd' cum pertin' intravit & fuit inde poſſeſſionat' ac meſuagium prædictum cum pertin' hucuſq; habuiſſet & occupaſſet ac decem & octo libræ de redditu prædict' pro tribus quarteriis unius Anni finit' ad feſtum Sancti *Michaelis* Archangeli

angeli Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo nono eiſdem A. & E. poſt deſponſalia inter ipſos A. & E. celebrat' & præfat' H. aretro fuer' & adhuc exiſtunt inſolut' per quod actio accrevit eiſdem A. & E. & H. ad exigend' & habend' de præfat' W. prædict' octodecim libr' Præd' tamen W. licet ſæpius requiſit' &c. prædict' octodecim libr' eiſdem A. & E. & H. nondum ſolvit ſed illas eis hucuſque ſolvere omnino contradixit & adhuc contradic' ad dampnum ipſorum A. et E. et H. 10 *l.* Et inde produc' ſectam &c.

Dett pro reddit' ſuper leaſe parol & emiſſet pro parte.

KAnc' ſſ. W. P. queritur de H. A. in Cuſtod' Marr' &c. de placito quod reddat ei ſeptem libr' ſex ſolid' & octo denar' legalis monetæ *Angliæ* quas ei debet & injuſte detinet pro eo videlicet quod cum prædict' W. ultimo die *Septembris* Anno Regni Domini *Caroli* nunc Regis *Angliæ* &c. decimo ſexto apud *Plumſtead* in Com' prædict' dimiſiſſet conceſſiſſet & ad firmam tradidiſſet præfat' H. duas acr' & dimid' unius acr' terræ arundiferæ Anglicè *Reed-*

Reed-land cum pertin' parcell' cujuſdm' peciæ terræ voc' *the Maggott* & ſex acr' paſtur' voc' *Brandonsbury* cum pertin' ſcituat' Jacen' & exiſten' in P. prædict' in Com' prædict' habend' & occupand' præfat' H. & Aſſign' ſuis à feſto Sancti *Michaelis* Archangeli tunc ult' præterit' per unum Annum integr' tunc prox' ſequen' & ſic de Anno in Annum quamdiu ambabus partibus prædict' placeret Reddend' & ſolvend' proinde annuatim & quolibet Anno eidem W. quo prædict' H. tenementa prædict' cum pertin' haberet & occuparet 80 *s.* legalis monetæ *Angliæ* ad feſta Annuntiation' beatæ *Mariæ* Virginis & Sancti *Michaelis* Archangeli per equal' portiones annuatim ſolvend' virtute cujus quidem dimiſſion' prædict' H. tenementa prædict' cum pertin' ab eodem feſto Sancti *Michaelis* Archangeli per duos Annos integros tunc prox' ſequen' habuiſſet & occupaſſet ac ſex libr' de prædict' ſeptem libr' ſex ſolid' & octo denar' de reddit' prædict' pro uno Anno & dimid' unius Anni finit' ad feſtum Sancti *Michaelis* Archangeli Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo octavo eiW. per præfat' *Henr'* aretro extitiſſent non ſolut' per quod' actio accrevit eidem' W. ad exigend' & habend' de

præ-

præfat' H. prædict' ſex libr' de prædict' ſeptem libr' ſex ſolid' & octo denar' ac etiam cum prædict' H. poſtea ſcilicet decimo die *Decembr'* Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo ſeptimo apud P. prædict' in Com' præd' emiſſet de eodem W. 17 quarteria paleæ Anglicè voc' *Chaff* pro viginti & ſex ſolid' & octo denar' de præd' 7 *l.* 6 *s.* 8 *d.* reſid' ſolvend' eidem W. cum inde requiſit' fuiſſet quæ quidem ſeperal' denar' ſummæ in toto ſe attingunt ad præd' 7 *l.* 6 *s.* 8 *d.* præd' tamen H. licet ſæpius requiſit' &c. præd' 7 *l.* 6 *s.* 8 *d.* eidem W. nondum ſolvit ſed illas ei hucuſque ſolvere omnino contradixit & adhuc contradic' ad dampnum ipſius W. vigint' libr' Et inde produc' ſectam &c.

Dett per Adminiſtratores ſur' Obl'.

LOndon' ſſ. Memorand' quod alias , ſcilicet Termino Sancti *Hillarii* ult' præterit' coram &c. ven' *Radulphus Varney* & *Heſter* ux' ejus Adminiſtratores &c. *Iane Parnell* Vid' &c. per *Richardum Meredith* Attorn' ſuum Et protuler' &c. verſus *Johannem Bolneſt* alias dict' &c. de placito debiti ſuper obligac' 20 *l.* dat' viceſimo ſeptimo die

die *Januarii* quinto *Caroli* Regis quibus quidem R. & H. Administrator' omnium & singulorum bonorum & catallorum jurium & Creditor' quæ fuer' prædict' *Johannis* tempore mortis suæ post mortem prædict' I. scilicet vicesimo septimo die *Februarii* Anno Domini 1641 apud L. prædict' in Paroch' & Warda prædict' per *Gulielmum Clarke* legum Doctorem Domini Episcopi *London'* official' legitime constitut' cui commissio Administrationis prædict' de jure pertinuit commissa fuit &c.

Release placitat' ubi Non Pros' *intratur superinde.*

Actio non quia dic' quod prædict' R. V. per nomen R. V. de Paroch' &c. Administrator' bonorum & catallorum præd' I P. nuper de L. vid' defunct' post confection' scripti obligatorii prædicti & ante diem exhibitionis billæ ipsorum R. & H. scilicet primo die *Septembris* Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo octavo apud L. prædict' in Paroch' & W. prædict' per quoddam scriptum suum relaxationis quod idem I. sigillo præd' R. sigillat' hic in Cur' profert cujus dat' est eodem primo die *Septembris* Anno decimo

cimo octavo supradicto pro seipso hæred' executoribus & Administratoribus suis in perpetuum remisisset relaxasset quiete clamasset exonerasset & deliberasset Anglicè *discharged* prædicto I. per nomen I. B. de &c. de & ab omnibus & omnimodis actionibus sectis querelis Anglicè *Plaints* transgr' obligationibus billis judiciis executionibus Ratiociniis computis debitis officiis & demand' quibuscunq; quæ idem R. executor' vel Administrator' sui vel tunc habuer' vel in tempore futuro habere potuissent contra præd' I. executor' vel Administratores suos à principio mundi usq; diem dat' præd' scripti relaxationis Et hoc parat' est verificare unde pet' Judicium si prædict' R. actionem suam præd' inde versus eum habere seu manutenere debeat &c. Et super hoc idem I. pet' quod præd' R. & H. ad placitum ipsius I. superius placitat' replicent & jungant in exit' cum eodem I. super quo dies inde dat' est partibus prædict' coram Domino Rege apud *Westm'* usq; diem *Lunæ* prox' post quinden' Sancti *Martini* videlicet prædict' R. & H. ad placitum ipsius I. superius placitat' replicand' &c. Ad quem diem coram Domino Rege apud *Westm'* ven' prædict' I. per Attorn' suum prædict' Et præd'

R. & H. licet ad eundem diem ſolempniter exact' non ven' ſed defalt' fec' Ideo cons' eſt quod præd' R. & H. nihil capiant per billam ſuam præd' ſed quod ipſi & pleg' ſui de pros' ſcilicet *Johannes Doe* & *Ricardus Roe* ſint inde in Miſericordia &c. Et præd' I. eat inde ſine die &c.

Dett ſuper Bill' pænal'

I B. queritur de R. C. nuper de L. Ar' alias dict' &c. in cuſtod' Marr' &c. de placito quod reddat ei 40 *l.* quas ei debet & injuſte detinet pro eo videlicet quod cum præd' R. viceſimo octavo die *Maii* Anno Domini 1641. apud L. præd' videlicet in Parochia beatæ *Mariæ* de Arcubus in Warda de *Cheap London* per quandam billam ſuam obligator' ſigill' ipſius R. ſigillat' Cur'q; dicti Domini Regis nunc hic oſtens' cujus dat' eſt eiſdem die & Anno cogn' ſe debere præfat' I. ſummam 20 *l.* & 16 *s.* legalis monetæ Angliæ ſolvend' eidem I. Executoribus ſive Aſſign' ſuis in vel ſuper ultimum diem *Novembr'* tunc prox' ſequen' dat' billæ prædict' apud vel in tunc domo manſional' præd' I. ſcituat' & exiſten' in *Fleet-*

Fleetstreet London ob quam quidem solution' bene & veraciter fiend' & observand' ut præfertur prædict' R. obligasset se hæred' executores Administratores & Assign' suos & quemlibet eorum in prædict' summa 40 *l.* firmiter per eand' billam Et idem I. in facto dic' quod prædict' R. non solvit eidem I. prædict' 20 *l.* & 16 *s.* super præd' ult' diem N. in billa præd' mentionat' quos ei super eundem diem solvisse debuit secundum formam & effectum billæ prædict' per quod actio accrevit eidem I. ad exigend' & habend' de præfat R. prædict' 40 *l.* prædict' tamen R. licet sæpius requisit' &c. prædict' 40 *l.* eidem I. nondum solvit sed illas ei hucusque solvere omnino contradixit Et adhuc contradic' ad dampnum ipsius I. 20 *l.* Et inde produc' sectam &c.

Dett' sur mutuat'

H P. in medicinis Doctor queritur de H. B. nuper de &c. in custod' Marr' &c. de placito qd' reddat ei 100 *l.* legalis monetæ *Angliæ* quas ei debet & injuste detinet pro eo videlicet qd' cum præd' H. B. primo die *Martii* Anno Regni Domini *Caroli* nunc Regis *Angliæ* &c. decimo nono apud *London*

videlicet &c. in Warda de *Cheap* mutuat' fuisset de eodem H. P. prædict' 100 *l.* solvend' eidem H. P. cum inde requisit' esset præd' tamen H. B. licet sæpius requisit' &c. prædict' 100 *l.* eidem H. P. nondum solvit sed ill' ei &c. *ut supra.*

Dett sur emisset pro exec'

ss. WIllielmus Smith Executor testamenti & ultimæ voluntatis *Ricardi Tonge* queritur de *Thoma Goddard* in custod' Marr' &c. de placito quod reddat ei 56 *s.* & 8 *d.* legalis monetæ *Angliæ* quos ei injuste detinet pro eo videlicet quod cum prædict' T. primo die *Maii* Anno Regni Domini *Caroli* nunc Regis *Angliæ* &c. vicesimo apud M. in Com' præd' emisset de præfat' *Ricardo* in vita sua duo paria candelabrorum de Stanno pro 10 *s.* quatuor urinal' de Stanno pro 8 *s.* unam ollam Anglicè voc' *a quart pot* pro uno solid' &c. & unum duoden' Coclearium de Stanno pro uno solid' & quatuor denar' solvend' eidem R. cum inde requisit' esset quæ quidem seperal' denar' summæ in toto se attingunt ad prædict' 56 *s.* 8 *d.* prædict' tamen T. licet sæpius requisit' &c. prædict' 56 *s.* 8 *d.*

8 *d*. præfat' R. in vita ſua ſeu eidem W. poſt ipſius R. mortem ſeu eorum alteri non ſolvit ſed illas eis ſolvere omnino contradixit & ill' eidem W. adhuc ſolvere contradic' ac injuſte detinet in retard' debitæ executionis teſtamenti prædicti R. præd' Et ad dampnum ipſius W. centum ſolid' Et inde produc' ſectam &c.

Per Clerico pro Feod'

M*Idd'* ſſ. *Radulphus Gregg* gen' unus Clericorum *Roberti Henley* Mil' Capitalis Clerici Domini Regis ad placita in Cur' ipſius Domini Regis coram ipſo Rege irrotuland' Aſſign' juxta libertat' & privileg' ejuſdem Cur' pro hujuſmodi Capitali Clerico & ejus Clericis à tempore cujus contrar' memoria hominum non exiſtit uſitat' & approbat' in eadem præſens hic in Cur' in propria perſona ſua queritur de *Johanne Midhurſt* de &c. in cuſtod' Marr' &c. de placito quod reddat ei 97 *l*. legalis monetæ *Angliæ* quas ei debet & injuſte detinet pro eo videlicet quod cum ſecundum conſuetudinem in præd' Cur' Domini Regis coram ipſo Rege à tempore cujus contrarii memo-

ria hominum non existit usitat' & approbat' omnes & singuli Clerici hujusmodi Capitalis Clerici pro tempore existen' à toto tempore supradict' usi fuer' & consueverunt ad impetrand' & prosequend' tam extra Cur' Cancellariæ dicti Domini Regis nunc & progenitorum suorum nuper Regum & Reginarum *Angliæ* quam extra præd' Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege & Progenitoribus suis prædict' pro quibuscunque ligeis dicti Domini Regis nunc & progenitorum suorum prædict' qui hujusmodi Clericos Capitalis Clerici prædict retinere vellent quæcunq; brevia dicti Domini Regis & Progenitorum suorum prædict' in præd' Cur' dicti Domini Regis nunc & Progenitorum suorum prædict' coram dicto Domino Rege & Progenitoribus suis prædict' ac ad eadem brevia in prædict' Cur' dicti Domini Regis nunc & Progenitor' suorum prædict' coram dicto Domino Rege nunc & Progenitoribus suis prædict' prosequend' tanquam Attorn' eorundem ligeorum dicti Domini Regis nunc & Progenitorum suorum per quos hujusmodi Clerici prædicti Capitalis Clerici retent' forent ac ad prosequend' & defend' in eadem Cur' dicti Domini Regis nunc & progenitorum

rum suorum prædict' coram ipso Rege & progenitoribus suis prædict' pro tempore existen' quæcunque placita negotia & Actiones quorumcunque ligeorum dicti Domini Regis & progenitorum suorum prædict' in eadem Cur' prosequend' sive defendend' qui hujusmodi Clericos hujusmodi Capitalis Clerici ad placita negotia sive Actiones quorumcunque ligeorum dicti Domini Regis in eadem Cur' prosequend' sive defendend' retinere vellent tanquam Attorn' eorundem ligeorum dicti Domini Regis & progenitorum suorum prædict' per quos hujusmodi Clerici hujusmodi Capitalis Clerici retent' forent Ac etiam cum prædict' I. primo die *Aprilis* Anno Regni dicti Domini Regis nunc decimo septimo apud Paroch' Sancti *Clement' Diaconor'* in Com' prædict' retinuisset ipsum R. tunc & adhuc ac continue postea hucusq; existen' un' Clericorum Capitalis Clerici prædict' essendi Attorn' ejusdem I. ad impetrand' & prosequend' pro & sub nomine ejusdem I. in prædict' Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege apud *Westm'* prædict' tanquam Attorn' prædict' I. quoddam breve ejusdem Domini Regis de Latitat' versus quendm' C. K. in eadem Cur' dicti Domini Re-

gis coram ipſo Rege retornabile quamdiu ambabus partibus prædict' placeret capiendo inde de eodem I. pro brevi prædict' ſic impetrat' feod' pro eodem brevi de antiquo debit' & ſolubil' ac capiend' inde de eodem I. pro proſecution' inde rationabilia mis' & expens' per ipſum R. in & circa proſecution' ejuſdem brevis neceſſarie expendit' & erogat' ac ultra mis' & expens' ill' tres ſolid' & quatuor denar' pro feod' Attorn' ipſius R. pro qualibet actione pro quolibet Termino quo idem R. breve prædict' proſequeretur virtute cujus retentionis idem R. a prædict' primo die *Aprilis* Anno decimo ſeptimo ſupradicto per duos Terminos tunc prox' ſequen' extitit Attorn' ejuſdem I. ac infra idem tempus proſecut' fuit extra prædict' Cur' dicti Domini Regis coram ipſo Rege quoddam breve ipſius Domini Regis de Latitat verſus præfat' C. in prædict' Cur' dicti Domini Regis coram ipſo Rege retornabil' termino *Paſchæ* tunc prox' ſequen' ac ſuperinde eodem Termino *Paſchæ* quatuor ſeperal' billas ſub nomine ejuſdem I. ac ut ejus Attorn' ſuper quatuor ſeperal' actionibus in placito tranſgr' ſuper caſum in prædict' Cur' dicti Domini Regis coram ipſo Rege verſus præfat' C. exhibuit

exhibuit ac eaſdem quatuor ſeperal' billas ſuper prædict' quatuor ſeperal' actionibus ſub nomine ejuſdem I. ac ut ejus Attorn' in prædict' Cur' dicti Domini Regis coram ipſo Rege verſus præfat' C. prædict' Termino *Paſchæ* & Termino Sanctæ *Trinitatis* tunc prox' ſequen' in tant' proſecut' fuiſſet qd' ſeperal' exit' ſuper eiſdem quatuor ſeperalibus Actionibus per patriam Ad Aſſiſas in Com' *Southampton* triand' eodem Termino Sanctæ *Trinitat'* legitimo modo junct' fuiſſent eidemque R. per Terminos illos in exhibend' præd' ſeperal' bill' ſuper præd' ſeperal' Actionibus verſus præfat' C. ac in ſeperal' Record' de Niſi prius in prædict' quatuor ſeperal' actionibus ad Aſſiſas tunc prox' ſequen' in prædict' Com' *Southampton* triand' pro denariis per ipſum expendit' & erogat' ac pro feod' Attorn' & pro feod' Clericis ipſius R. per prædict' duos terminos ſuper prædict' quatuor ſeperal Actionibus prædict' 97 *s.* & 2 *d.* aretro fuer' & adhuc exiſtunt inſolut per quod Actio accrevit eidem R. ad exigend' & habend' de præfat' I. præd' 97 *s.* & 2 *d.* prædict' tamen &c. Et ad dampn' 100 *s.* Et inde produc. ſectam &c.

Per superviven' obligee sur' bill' Obl'

LOndon *ss.* C. H. queritur de W. W. alias dict' &c. in Custod' Marr' &c. de placito quod reddat ei 40 *l.* legalis monetæ *Angliæ* quas ei debet & injuste detinet pro eo videlicet quod cum prædict' W. decimo septimo die *Octobr'* Anno Domini 1640 apud L. &c. per quandam billam suam obligatoriam sigillo &c. Cur' q; &c. cogn' se fore indebitat' cuidam E. A. jam defunct' *& eidem C. qui prædict' E. supervixit* in prædict' 40 *l.* solvend' eisdem E. & C. ad aliquod tempus existen' demandat' Prædict' tamen W. præd' 40 *l.* præfat' E. & C. in vita prædict' E. seu eidem C. post mortem ejusdem E. quem &c. licet ad hoc faciend' per ipsos E. & C. in vita ipsius E. scilicet 18 die *Octobris* Anno Regni Domini Regis nunc 13 & per ipsum C. post mortem ipsius E. quem &c. scilicet primo die *Augusti* Anno Regni dicti Domini Regis nunc 15 apud L. prædict' in Paroch' & Warda prædict' demandat' fuit non solvit sed &c.

Versus

Versus Mareschallum qui permisit prisonar' ire ad largum super Executione.

LOndon ss. *Willielmus Deane* gen' & *Anna* ux' ejus nuper dict' &c. queruntur de *Johanne Lenthall* Mil' Marr' Maresc' Domini Regis coram ipso Rege præsen' hic in Cur' in propria persona sua de placito quod reddat eis 25 *l.* & 10 *s.* legalis monetæ *Angliæ* quos ei debet & injuste detinet pro eo videlicet quod cum alias scilicet Termino Sancti *Michaelis* Anno Regni Domini *Caroli* nunc Regis *Angliæ* &c. vicesimo dum ipsa sola fuit per nomen A. A. vid' in Cur' ipsius Domini Regis coram ipso Rege in eadem Curia hic scilicet apud *Westm'* in Com' Midd' tunc & adhuc existen' per billam sine brevi ipsius Domini Regis ac per Judic' ejusdem Cur' recuperasset versus quendam I. B. gen' 24 *l.* de debito nec non 30 *s.* pro dampn' suis quæ sustinuisset tam occasione detention' debiti illius quam pro mis' & custag' suis per ipsam A. circa sectam suam in ea parte apposit' unde prædict' I. convict' est prout per Record' & process' inde in eadem Cur' hic residen' plenius liquet Cumq; prædict'

dict' A. postea scilicet primo die *Aprilis* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo secundo apud *Westm'* cepisset in virum suum prædict' W. D. Cumq; postea scilicet Termino *Paschæ* Anno vicesimo secundo supradicto apud W. prædict' per Judic' Cur' illius Cons' fuit per eandem Cur' quod prædict' W. & A. haberent execution' versus præfat' I. B. de debito & dampn' prædict' juxta vim formam & effectum recuperationis prædict' prout per Record' & process' inde in eadem Cur' hic scilicet apud *Westm'* præd' residen' plenius similiter liquet Cumq; iidem W. & A. postea scilicet die *Mercurii* prox' post tres septimanas Sanctæ *Trinitat'* Anno vicesimo secundo supradicto ven' in eadem Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege hic scilicet apud W. prædict' in propriis personis suis Et prædict' I. B. præsen' hic in eadem Cur' adtunc & ibidem ad petitionem prædict' W. & A. per eandem Cur' comiss' fuit Marr' Maresc' Domini Regis coram ipso Rege in execution' pro debito & dampn' prædict' ibidem remansur' quousq; &c. prout per Record' inde in eadem Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege hic scilicet residen' plene similiter apparet virtute cujus idem I. L. adtunc
&

& adhuc Marr' Maresc' præd' existen' prædict' I. B. in prisona sub custod' sua in executione pro debito & dampn' prædict' adtunc & ibidem habuit & custodivit prædictoq; I. B. sub custod' prædict' I. L. adtunc & adhuc Marr' prædict' in executione pro debito & dampn' prædict' in forma præd' existen' postea scilicet primo die *Julii* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo tertio. apud W. prædict' in Com' Midd' idem I. L. adtunc & adhuc Marr' Maresc' prædict in forma præd' existen' prædict' I. B. à custodia ipsius I. L. adtunc & adhuc Marr' Maresc' prædict' ut præfertur' existen' extra prisonam Marr' Maresc' præd' sine licentia & contra voluntatem ipsorum W. & A. ad largum quo idem I. B. voluit ire & evadere permisit' (eisdem W. & A. vel eorum altero de debito & dampn' prædict' seu aliqua inde parcell' tunc vel adhuc minime satisfact' existen') per quod Actio accrevit eisdem W. & A. ad exigend' & habend' de præfat' I. L. prædict' 25 *l.* & 10 *s.* prædict' tamen I. L. licet sæpius requisit' &c. prædict' 25 *l.* & decem solid' præfat' W. & A. seu eorum alteri nondum solvit sed illas eis hucusq; solvere omnino contradixit & adhuc contradic' Ad dampnum ipso-

rum

rum W. & A. decem libr' Et inde produc' sectam &c.

Versus Attorn' de Banco Regis.

London ss. *Thomas Turner* gen' queritur de I. B. generoso uno Attorn' in Cur' Domini Regis coram ipso Rege juxta libertat' & privileg' ejusdem Cur' pro hujusmodi Attorn' in eadem Cur' à tempore cujus contrarii memoria hominum non existit usitat' & approbat' in eadem alias dict' &c. præsen' hic in Cur' in propria persona sua de placito quod reddat' ei ducent' & quadragint' Libr' legalis monetæ *Angliæ* quas ei debet & injuste detinet &c. pro eo videlicet quod cum præd' def' decimo quinto die *Novembris* Anno decimo tertio *Caroli* apud *London* prædict' &c. cogn' se teneri & firmiter obligari præfat' T. in 200 *l.* de prædict' 240 *l.* solvend' eidem T. cum inde requisit' esset Ac etiam cum prædict' I. postea scilicet vicesimo sexto die *Novembr'* Anno decimo tertio supradicto apud &c. per quoddam aliud scriptum suum obligatorium sigillo ipsius I. similiter sigillat' Cur'que dicti Domini Regis nunc hic similiter ostens' cujus dat'

dat' est eisdem die & Anno ult' mentionat' similiter cognovisset se teneri & firmit' obligari præfat' T. in 40 *l.* de prædict' 240 *l.* resid' solvend' eidem T. cum inde similiter requisit' esset præd' tamen I. licet sæpius requisit' &c. prædict' 240 *l.* &c. Ad dampn' 100 *l.* &c.

Condition' perform' placitat'.

ET modo &c. coram Domino Rege apud *Westm'* ven' tam prædict' T. per Attorn' suum prædict' quam præd' I. in propria persona sua Et idem I. B. defend' vim & injur' quando &c. & pet' auditum prædict' scripti obligatorii Et ei legitur &c. pet' etiam audit' condition' ejusdem scripti Et ei legitur in hæc verba ss. *the Condition* &c. pet' etiam audit' prædicti secundi scripti obligatorii & ei legitur &c. pet' etiam audit' Condition' ejusdem scripti & ei legitur in hæc' verba ss. *the Condition* &c. quibus lectis & audit' idem I. dic' qd' Actio non quia quoad prædict' 220 *l.* de præd' 240 *l.* quas prædict' T. virtute prædict' primi scripti obligatorii superius exigit' versus eum idem I. dic' quod ipse idem I. post confection' ejusdem primi scripti obligatorii scilicet super prædict' talem

lem diem &c. in Condition' ejuſdem primi ſcripti ſuperius mentionat' ſolvit præfat' T. prædict' 104 *l.* in eadem Conditione ſimiliter mentionat' quas ipſe ſuper eundem diem ſolviſſe debuit ſecundum formam & effectum Conditionis ejuſdem primi ſcripti videlicet apud Paroch' Sanctæ *Margarettæ Weſtm'* in Com' Midd' in prædict' tunc domo C. D. in prædicta prima Conditione ſuperius mentionat' Et hoc idem I. parat' eſt verificare unde pet' Judicium ſi prædict' T. actionem ſuam prædict' inde verſus eum habere ſeu manutenere debeat' &c. Et quoad prædict' 40 *s.* de prædict' 210*l.* reſid' quos præd' T. virtute præd' ſecundi ſcript' obligatorii ſuperius mentionat' ſimiliter exigit verſus eum idem I. dic' quod ipſe idem I. poſt confeccon' prædict' ſecundi ſcripti obligatorii ſcilicet ſuper prædict' 29 diem *Maii* in Condition' ejuſdem ſecundi ſcripti ſuperius mentionat' ſolvit præfat' T. prædict' 20 *l.* 16 *s.* in eadem Conditione ſimiliter mentionat' quos ei ſuper eundem diem ſolviſſe debuit ſecundum formam & effectum ejuſdem ſecundæ Conditionis videlicet apud prædict' Paroch' Sanctæ *Margarettæ Weſtm'* in Com' Midd' prædict' in prædict' tunc domo C. D. in ſecunda Con-

ditione

ditione ſuperius ſimiliter mentionat' ibidem Et hoc idem I. B. ſimiliter paratus eſt verificare unde pet' Judicium ſi prædict' T. actionem ſuam prædict' inde verſus eum habere ſeu manutenere debeat &c.

Repl.

ſſ. ET prædict' T. T. dic' quod ipſe per aliqua per prædict' I. B. ſuperius placitando allegat' ab actione ſua prædict' inde verſus eundem I. habend' præcludi non debet quia quoad prædict' placitum prædict' I. ad prædict' 200*l.* de prædict' 240 *l* virtute prædict' primi ſcripti obligatorii ſuperius exact' idem T. dic' quod prædict' I. non ſolvit eidem T. prædict' 104 *l.* in Conditione ejuſdem primi ſcripti obligatorii ſuperius mentionat' ſuper prædict' decimum ſeptimum diem *Maii* in eadem Condition' ſimiliter mentionat' quas ipſe ſuper eundem diem ſolviſſe debuit ſecundum formam & effectum Condicon' ejuſdem primi ſcripti obligatorii modo & forma prout prædict' I. ſuperius inde placitando allegavit Et hoc pet' qd inquiratur per patriam & prædict' I. ſimiliter &c. & quoad prædict' placitum prædict' I. ad prædict' 40*l.* de præfat'

240 *l.* resid' virtute prædict' secundi script' obligatorii superius similiter exact' idem T. dic' quod præd' I. non solvit prædicto T. prædict' 20 *l.* 16 *s.* in Conditione ejusdem secundi scripti obligatorii superius mentionat' super prædict' 29 diem *Maii* in eadem Conditione similiter mentionat' quos ei super eundem diem solvisse debuit secundum formam & effectum ejusdem secundi scripti obligatorii modo & forma prout prædict' def' superius inde similiter placitando allegavit Et hoc similiter pet' quod inquiratur per Patriam Et præd' I. similiter &c. Ideo quoad triand' tam exit' istum quam prædict' alium exit' inter partes præd' superius similiter junct' præcept' est Vic' Midd' prædict' quod venire fac' coram Domino Rege apud *Westm'* die *Mercurii* prox' post talem Retorn' duodecim &c. de visn' prædict' paroch' Sanctæ *Margaretæ Westm'* in Com' prædict' per quos &c. Et qui nec &c. Ad recogn' &c. quia tam &c. Idem dies dat' est partibus prædict' ibidem &c. ad quem diem coram Domino Rege apud *Westm'* præd' ven' tam prædict' T. per Attorn' suum prædict' quam prædict' I. in propria persona sua Et Vic' non mis' inde breve Ideo sicut prius præcept' est

eſt Vic' Midd' quod venire fac' coram Domino Rege apud *Weſtm'* prædict' in Com' præd' 12.&c. per quos &c. Et qui nec &c. Ad recogn' &c. quia tam &c. idem dies dat' eſt partibus prædict' ibidem &c.

Narr' ſuper obl' pro Exec'.

W*Illielmus Hewett* gen' & *Juditha Fletcher* vid' Executores teſtamenti & ult' voluntat' *Edmundi Hewett* gen' defunct' queruntur de *Richardo Baſſet* de &c. alias dict' &c. in Cuſtod' Marr' &c. de placito quod reddat eis ducent' libr' legalis monetæ *Angliæ* quas eis injuſte detinet pro eo videlicet quod cum prædict' def' viceſimo ſexto die *Marcii* Anno Regni Domini Caroli ſecundi nunc Regis *Angliæ* &c. viceſimo primo apud Paroch Sancti *Clement' Dacorum* in Com' Midd' per quoddam ſcriptum ſuum obligatorium ſigillo ipſius def' ſigillat' Curq; dicti Domini Regis nunc hic oſtens' cujus dat' eſt eiſdem die & Anno cogn' ſe teneri & firmiter obligari præfat' *Edmundo* (in vita ſua) in prædict' ducent' libr' ſolvend' eidem *Edmundo* (in vita ſua) cum inde requiſit' eſſet prædict' tamen def'

licet sæpius requisit' &c. prædict' ducent' libr' præfat' *Edmundo* (in vita sua) seu præfat' W. & I. post mortem ipsius *Edmundi* nondum solvit sed ill' præfat' *Edmundo* (in vita sua) seu præfat' W. & I. post ipsius *Edmundi* mortem solvere omnino contradixit & adhuc contradic' & injuste detinet Ad dampnum ipsorum W. & I. quinque libr' Et inde produc' sectam &c. Et proferunt hic in Cur' iidem W. & I. literas testamentarias prædict' *Edmundi* per quas satis liquet Cur' hic ipsos W. & I. fore Executores testamenti præd' Et inde habere Administration' &c.

Narr' vers' Vic' Sur escape.

ss. SP. gen' queritur de W. P. & I. S. Vic' *London'* in Custod' Marr' &c. de placito quod reddant ei vigint' & unum libr' & unum solid' legalis monetæ *Angliæ* quas ei debent & injuste detinent pro eo videlicet quod cum idem quer' per nomen &c. (si sit Att') alias scilicet Termino *Paschæ* Anno Regni Domini *Caroli* secundi nunc Regis *Angliæ* &c. vicesimo primo in Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege eadem Cur' apud W. in Com' Midd' tunc existen' implacitasset quendam

dam H. S. per nomen H. S. alias dict' &c. adtunc in Custod' Marr' &c. de placito quod reddat ei vigint' libr' legalis monetæ *Angliæ* quas ei tunc debuit & injuste detinuit pro eo videlicet quod cum prædict' H. decimo die *Augusti* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo apud L. prædict' videlicet in Paroch' &c. per quoddam scriptum suum obligatorium sigillo ipsius H. sigillat' Cur' q; dicti Domini Regis tunc ibidem ostens' cujus dat' fuit eisdem die & Ann' cogn' se teneri & firmiter obligari præfat' quer' in prædict' 20 *l.* solvend' eidem quer' cum inde requisit' fuisset prædict' tamen H. licet sæpius requisit' &c. prædict' 20 *l.* præfat' quer' tunc non reddidisset sed illas ei usque tunc reddere omnino contradixisset Ad dampnum ipsius quer' decem libr' Et inde produxit sectam &c. Et idem quer' in tant' prosequut' fuit sectam suam prædict' versus præfat' H. qd' ipse postea scilicet eodem Termino *Paschæ* Anno vicesimo primo supradict' per Judic' Cur' prædict' recuperasset versus eundem H. debitum suum prædict' Et dampna quæ idem quer' sustinuisset tam occasione detentionis debiti ill' quam pro mis' & custag' suis per ipsum circa sectam suam in ea parte apposit' ad 21 *s.*

eidem quer' ex assensu suo per Cur' tunc ibidem adjudicat' Et prædict' H. esset in Misericordia &c. super quo præd' quer' postea scilicet vicesimo die *Maii* Termino *Paschæ* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo Quarto è Cur' dicti Domini Regis nunc coram ipso Rege eadem Cur' apud W. in Com' Midd' prædict' tunc existen' in debita Juris forma prosequut' fuisset quoddam breve ipsius Domini Regis de capias ad satisfaciend' versus præfat' H. tunc Vic' L. direct' per quod quidem breve idem Dominus Rex præfat' tunc Vic' L. præcepit quod caperent prædict' H. si &c. Et eum salvo &c. Ita qd' haberent corpus ejus coram eodem Domino Rege apud *Westm'* prædict' die *Veneris* prox' post Crastinum Sanctæ *Trinitat'* tunc prox' sequen' ad satisfaciend' præfat' quer' de prædict' debito 20 *l.* nec non de prædict' 21 *s.* pro dampn' suis quæ sustinuisset occasione prædict' ut præfertur unde convict' fuit sicut eidem Dno' Regi tunc constabat de Recordo & unde in eadem Cur' cons' fuit quod prædict' quer' haberet Execution' suam pro debito & dampn' prædict' per defalt' ipsius H. Et qd' haberent ibi tunc breve illud &c. quod quidem breve postea & ante retorn'
inde

inde ſcilicet primo die *Junii* Anno viceſimo quarto ſupradicto apud L. prædict' videlicet in &c. quibusdam I. E. & R. C. adtunc Vic' L. prædict' exiſten' per præfat' quer' deliberat' fuit in forma juris exequend' virtute cujus quidem brevis iidem I. M. & R. C. adtunc Vic' L. prædict' ut præfertur exiſten' poſtea & ante retorn' brevis ill' ſcilicet eodem primo die *Junii* Anno viceſimo quarto ſupradict' prædict' H. apud L. prædict' in Paroch' & Warda prædict' invent' ceperunt & arreſtaver' ac eundem H. in cuſtodia ſua adtunc & ibidem habuer' qui quidem H. in cuſtod' prædict' I. M. & R. C. remanſit in executione pro debito & dampn' prædict' quouſque iidem I. & R. in eorum exitu ab officio Vic' L. prædict' ſcilicet viceſimo octavo die *Septembris* Anno viceſimo Quarto ſupradicto apud L. præd' &c. per Indentur' inter ipſos I. & R. & præfat' W. P. & I. S. tunc prox' ſuccceden' Vic' L. prædict' aſſignaſſent eiſdm' R. & I. tunc Vic' L. prædict' exiſten' corpus prædict' H. in executione onerat' cum brevi prædict' virtute quorum quidem aſſignation' prædict' necnon vigore officii ipſorum W. & I. prædict' iidem W. & I. adtunc Vic' L. prædict' ut præfertur exiſten' poſtea ſcilicet eo-

dem vicesimo octavo die *Septembris* Anno vicesimo quarto supradict' corpus prædict' H. in executione pro debito & dampn' prædict' una cum brevi de præfat' I. M. & R. C. apud L. prædict' in &c. recepissent ac in Custod' ipsorum W. P. & I. S. in executione pro debito & dampnis prædict' habuissent quousque postea scilicet decimo die *Aprilis* Anno Regni dicti Domini Regis nunc vicesimo quinto apud L. prædict' in &c. iidem W. P. & I. S. adtunc & adhuc Vic' L. prædict' ut præfertur existen' præfat' H. à custod' ipsorum W. & I. ad largum quo idem H. ire & evadere voluit permiserunt præfat' quer' de debito & dampn' prædict' adtunc seu adhuc minime satisfact' existen' per quod Actio accrevit eidem quer' ad exigend' & habend' de præfat' W. & I. prædict' 21 *l.* & 1 *s.* prædict' tamen W. & I. licet sæpius requisit' &c. easdem 21 *l.* & un' solid' præfat' quer' nondum reddider' nec eorum alter reddidit sed illas ei hucusque reddere omnino contradixer' & adhuc contradic' ad dampnum ipsius quer' 40 *l.* & inde produc' sectam &c.

Aliter

Aliter super Recuperatione habita in communi Banco.

ss. N C. queritur de W. P. & I. S. Vic' civit' L. in custod' Marr' &c. de placito quod reddant ei sexdecim libr' quas ei debent & injuste detinent pro eo videlicet quod cum prædict' quer' alias scilicet Termino Sancti *Michaelis* Anno Regni Domini *Caroli* secundi nunc Regis *Angliæ* &c. vicesimo quarto in Cur' de communi Banco eadem Cur' apud *Westm'* in Com' Midd' tunc & adhuc existen' per cons' ejusdem Cur' recuperavit versus quendm' I. E. 16 *l.* pro dampn' suis quæ sustin' tam occasione cujusdam transgr' super casum eidem quer' per præfat' I. nuper illat' quam pro mis' & custag' suis per ipsum circa sectam suam in ea parte apposit' unde idem I. convict' fuit prout per Record' & process' inde in eadem Cur' de Communi Banco apud W. prædict' in Com' M. prædict' residen' plenius liquet & apparet Cumque etiam post reddition' Judicii prædict' scilicet eodem Termino Sancti *Michaelis* Anno vicesimo quarto supradicto idem quer' pro recuperation' dampn' prædict'

dict' virtute Judicii prædict' habend' in prædict' Cur' de Communi Banco apud W. prædict' tunc & adhuc existen' impetrasset & prosecutus fuisset de & super Judicium prædict' versus præfat' I. quoddam breve de cap' ad satisfaciend' eisdem Vic' *London* direct' per quod quidem breve idem Dominus Rex præcepit eisdem Vic' *London* qd' caperent prædict' I. E. si invent' fuerit in balliva sua & eum salvo custod' Ita quod haberent corpus ejus coram eodem Domino Rege apud *Westm'* die *Jovis* prox' post Octab' Sancti *Hillarii* extunc prox' sequen' ad satisfaciend' prædict' quer' de prædict' 16 *l.* pro dampnis suis quæ sustinuit occasione cujusdam trasgr' super casum unde convict' fuit & quod haberent tunc breve ill' quod quidem breve idem quer' postea & ante Retorn' ejusdem brevis scilicet duodecimo die *Decembris* Anno Regni dicti Domini *Caroli* secundi nunc Regis *Angliæ* &c. vicesimo quarto supradicto apud L. prædict' videlicet in Paroch' beatæ *Mariæ* de Arcubus in Warda de *Cheap* deliberavit præfat' W. P. & I. S. tunc & adhuc Vic' Civitatis *London* prædict' in forma juris exequend' virtute cujus quidem brevis prædict' W. & I. tunc & adhuc Vic'

Civita-

